sive eorum Succedaneos praefatae inculpatae ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbens pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubitae ac re aliqua principali cum praemissis non completa complenda citati existentes Minorati Recognoscens sive eorum Succedanei ad instantiam supra sententiam inculpati sive eius Successorum ad officium praesens Castrensem Capitaneatum Premisliensem sive Consistoriale Premisliensem ex tunc Recepta supra sententiam caetera ex priori scribatur ad finem nil mutando.

Idem MM. Lublinensis Leopoliensis Premisliensis et Sanocensis Capitaneos eorumque Officiales quietant

Coram Generoso Stanislao Rogaski in Locum Magni Martini de Niedzielsko Madalinski Capitanei loco praesentium Subdelegato Munusque hoc Subdelegationis in se bonaque sua coassumens officiosque et Actis praesentis Castrensis Capitaneatus Premisliensis comparentes praeter Religiosi in Christo Patres Joannes Mikowski Sacrae Theologiae Lector Prior atque Nicolaus Czapski Cuppinor Conventus Premisliensis et Generalis Syndicus Causarum totius Provinciae Poloniae Sani mente et corpore existentes foro suo quovis propriis omisso et Jurisdictione sua quavis competenti post habita praesenti vero Jurisdictioni Castrensis Capitaneatus Premisliensis quo ad actum praesentis attinet se eorum successoribus bonisque suis generalibus omnibus totaliter et plenarie subjiciendo atque incorporando palam libere publice ac perspicuum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo praeterea recognovit cuius ipsi suo et totius conventus sui praefati nunc et pro tempore existenti pro cuius ratihabitione cavent et se praesentis inscribunt Nomine Illustris et Magnifici Stanislaum a Popow Witowski Sendomiriensis Lublinensis Franciscum de Magna Kunczyce Mniszech Sanocensis Sandecensis Castellanum Joannem de eadem Kunczyce Mniszech Leopoliensis atque Martinum de Niedzielsko Madalinski Premisliensis Capitaneos eorumque officiales de Causis et Officiis

Actionibus quibusuis per se Recognoscentes praefatumque Conventum suum eisdem Capitaneis eorumque Officijs et officialibus Ratione non facta Executionis de personis bonisque Magci Nicolai de Tęczyn Ossolinski et aliarum personarum in Processibus earundem Causarum Specificatis ex instantia sui Recognoscentis et eiusdem Conventus sui ratione quarumcumque violentiarum iniuriarum et praetensionum ibidem constatarum modo quorum conventus Jure praefatorum et innodatorum ad Judicia Tribunalis Regni tam Petricoviensis quam Lublinensis instituti et in quocumque punctis et gradibus Juris in diem Actus praesentis dependentes tam processibus et decretis quibusuis occasione earundem Executionis non facta super eisdem Capitaneis et eorum officijs et officialibus obtentis et prolatis. Denique de quibusuis Condemnationibus si quae in eisdem Causis interceperint poenisque Judiciarijs atque rigoribus ibidem appositis ex interesse sui Recognoscentis et Conventus sui Premisliensis tantummodo perpetuo Quietant emittunt liberosque faciunt perpetuo Causas easdem Decreta Processus in se de praemissis latiores in toto et per omnia cassant et mortificant sibi et suis Succedaneis praefatoque Conventui suo ratione praemissorum perpetuum imponentes Silentium.

Gornik Ossolinskiego Balickie et alios quietat.

Comparens pro coram officio et Actis praesenti Castren Capitaneatus Premisliensis Mnlis Regni Generalis Providus Stanislaus Gornik de Premislia Sanusmenta et corpore existens a Terris Dictibus Jure Juribus Jurisdictionibusque suis quibus proprie et competenter recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneatus Premisliensis Jurisdictioni quo ad vim actus praesentis attinet se cum Successoribus ac bonis suis quibuscumque totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Magnificus Nicolaus de Tęczyn Ossolinski et ipsi posteros atque Nobiles Hiacynthum Balickie Kozicki Perfidumque Moszkowicz et alias personas in processu Causae suae infrascriptae Specificatae de Causa et Actione Judiciarum in Jure